Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8286
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

quia veteres quandoque olim aliquid
promittebant stipulam frangebant
et partes fissas iterum iungentes sponsi-
ones suas agnoscebant et quia in sti-
pulatione continetur interrogatio
et etiam promissio ideo stipulari ponitur
quandoque simpliciter pro interrogare
vel petere et quandoque simpliciter pro pro-
mittere et erat stipulor olim co-
mune sed nunc est deponens et con-
struitur quandoque cum accusativo et ablativo
cum vel ab interposita ut stipulor
decem solidos a te id est peto ¶ Sti-
pulor componitur cum ad et sibi littera
asstipulor · d. Dicitur asstipulor aris deponens
pro confirmare vel auxiliari Un-
astipulamen · de hoc astipulamen minis. Dicitur confirmatio
vel auxilium ¶ Stipo componitur
Exstipo · exstipo as id est valde stipare emittere
Obstipo · vel evacuare ¶ Obstipo as id est con-
vel undique stipare vel obstruere
¶ Stipo cetera composita sunt activa
et hanc sillabam sti producunt
Stipendium · ¶ Stipo componitur cum pendo dis
Et dicitur hoc stipendium ii lucrum
pretium fructus laborum proprie
quidem stipendium dicitur quod stipen-
diariis hominibus datur pro pre-
dictum sit a stipe pendenda Sole-
bant enim antiqui pecuniam ap-
pendere potius quam numerare Unde
Stipendiarius · stipendiarius a um id est ad stipendium
pertinens vel ipsum dans vel ipsum
ipsum recipiens ¶ Stipium dicitur
unguentum factum de varietatibus ¶ Sti-
ria rie dicitur gutta fluens cadens
et congelata teste Hu. et dicitur sic a
greco grece namque stiria gutta
dicitur unde quedam arbor cuius

fructus habet grana guttis similia
stiria dicitur etiam et storax dicitur qua-
si stirax sed stirax grece storax latine
dicitur Et a stiria storax dicitur etiam · Storax
resina vel arboris gutta congelata
ut elici potest ex hiis ¶ Item a stiria
hec stilla le diminutivum teste Hu. Unde · Stilla le
stillosus a um id est stiriosus stillis ple- · Stillosus
nus et comparatur Et stillo as id est gutta- · Stillo as
re vel stillatim mittere vel fundere
¶ Et componitur distillo as id est diminutive · Distillo as
vel extra stillare ¶ Stillo cetera com-
posita neutra sunt ¶ Stillans per
sincopam a stillo as componitur cum
bonus Et dicitur hic stilbon ontis · Stilbon ontis
mercurius quasi stillans bonum
et est nomen sumptum a meliori
eius operatione. Dicitur enim bonus esse
cum bonis et malus cum malis Un-
de si iungitur saturno dicitur ei consentire
in operatione et si cum iove iovi vel
dicitur stilbon quasi stella boum quia
eo surgente surgebant et pastores et
interpretatur velox quia velox est pla-
neta ¶ Stiria et stilla componuntur
cum cado dis Et dicitur hoc stiri- · Stiricidium
dium ii Et hoc stillicidium ii. pro de · Stillicidium
id est stiria vel stilla cadens vel locus
ubi vel aque vel pluvie cadunt stil-
le ¶ Item a stiria hoc stirillum li · Stirillum
dicitur barba capri vel capre quia
pendet ad modum stirie Et stiritus · Stiritus a
a um id est sterilis ¶
Strideo es vel strido is. dui
sed frequentius stridi dicitur
fortiter sonare dentes conterere · Stridor
et frendere. Unde hic stridor oris id est
dentium concussio fortis sonatio Un- · Stridorosus
de stridorosus a um id est stridore plenus · Stridosus a um
et comparatur unde stridosus a um per